

039

037

043

033

048

028

088

138

Ende

Anfang

Incipit evagatorium. F. F. F. Lectoris in Ulma, ordinis
fratrum Praedicatorum in terrae sanctae peregrinationem.

EVAGARI et discurrere per mundum, quamvis sit contra
Monachi et Religiosi rationem, quia Monachus religiosus, quasi
manens religatu sdicitur; tamen evagari cum licentia etobedientia
suorum superiorum per mundum, per terram et mare, ad loca, ubi
intellectus illuminatur, affectus inflammatur, vita in melius emen-
datur, meritum augmentatur, et experientia rerum utilium acquiritur,

24

patibulo coruscavit, fidesque nostra sumsit exordium. Devota
ergo visitatio illorum sanctissimorum locorum ad emendatoris
vitae propositum concipiendum, hauriendamque suorum com-
punctionem criminum multum confert pio et fideli peregrino;
ita, ut meo quidem judicio atque plurimorum mecum consen-
tientium censura, nullus pene sit vel perrarus, qui non melior
inde regrediatur, quam ante fuerat ingressus. Neque ob id
hoc in loco gentili concesserim poetae, dicenti: Coelum non
animum mutat, qui trans mare currit.

Esto! in curiosis id locum habeat, qui vanitatis ducti
spiritu scrutandorum locorum causa eo pergunt, nullum
referentes fructum ex tanto labore et sumtu, nisi quod veterum
more exploratorum, quos Moyses miserat, terrae sanctae
detrahere non cessant. At non sic in his, qui devotionis
venerationisque gratia illo proficiscuntur. Quis enim christicola
has ingressus terras sanctissimas non mox solveretur in
lacrymas? Quis compunctionis non pie ferret indicia, etiamsi
adamantino esset pectore? Quis, inquam, ex his locis, si tamen
credat Deo et evangelio, non magnam sibi hauriat devotionem?
Quis ibi melioris vitae sibi non imbibat voluntatem, vitaeque
veteris poeniteat, ubi tot et tanta ad haec sub oculis habet
incitamenta, ubi haud dubium divinia gratia efficacius prae-
caeteris locis in animas agit devotorum, si obex non ponatur.
Sed de his iam satis est.

Explicit prologus et commendatio terrae
Sanctae, et peregrinationis. F. F. F.

(9A) Sequitur Particula primi Tractatus, qui continet
cursum primae Evagationis F. F. F. in terram sanctam,

